

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 21: De paupertate (10)

Idem (Seneca):

Non est in rebus vitium, sed in animo.

Nec hoc miror;

non est enim in rebus vitium, sed in ipso animo.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 17.12
(L. Reynolds ed., vol.1, p.46, ll.17-18).

Ipso animo imperandum est,
ut a voluptatibus abstineat.

Si te bene novi, arbitri partibus functus nec per omnia nos similes esse
pilleatae turbae voluisses nec per omnia dissimiles;
nisi forte his maxime diebus animo imperandum est,
ut tunc voluptatibus solus abstineat
cum in illas omnis turba procubuit;
certissimum enim argumentum firmitatis suae capit,
si ad blanda et in luxuriam trahentia nec it nec abducitur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 18.3
(L. Reynolds ed., vol.1, p.47, ll.12-18).